97 ad

97a

Sub Actu feria Quinta
Cantate prox. A. 1642

Brzozowo — Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Albertus olim Joannis Brzozowski de Parski his Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia ipse succesoribus olim Nobilis Jacobi Brzozowski minorenn. tenetur estque debitus certi debiti Summam Quadraginta florenorum pol. Quod quidem debitum idem recognoscens cum suis successoribus de universis bonis memoratis successoribus dum ad annos perfectae aetatis pervenient parata pecunia dare solvere reddere aut coram actis officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad se ab officio praesenti non recipere nec modo quovis arestare aut efficaciter cibere submittet et inscribit. Sub vadio simili aliorum Quadraginta florenorum pol. in defectu non solutionis summae praefatae ad solvendum succumbendo. Et coram officio praesenti Castren. Branscen. penitus renuntiavit ac satisfactione Omnibus Contrarijs exceptionibus allegationibus dilationibus Motion. ac earum prosequutionibus alijsque in Universum iuris remedijs et defensis legalibus que impedimentis de iure Concessibilibus se et suos successores penitus abrenuncendo. Sub amissione sua totius et integrae Causae.

Actum in Curia Regia Branscen. feria sexta post Dominicam Cantate prox. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Karski — Exemptio

Coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. personaliter Comparens Nobilis Thomas olim Joannis Joma Smolo de Smoły sic his Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Thomas Joannis Karski Summam Viginti duorum florenorum pol. ex obligatione certa Coram Actis Castren. Drohicien. facta bonori Smoły sub vicina emendando iuris suum perpetuum ex iuris quibus[...] zithea Wenyska habitum persolvit ideo ipsum quietat [...]nem Cassat et de bonis condescendit perpetuis temporibus.